



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES
EX TIT. FF. ET
C. COMMODATI VEL
CONTRA, ET DE PRECARIO.

QVAS TRINO ET VNO DIRIGENTE,
SVB PRAESIDIO CLARISSIMORVM ET CONSVL-
tifs. virorum D. Ioannis Michaëlis Cronenburg, & D.
Ioannis Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatoris & Fisci, in
floquentissimo inclytæ Agrippinensis apud Vbios
Academiae Iuridicæ facultatis Collegio
publicè defendet.

LVDOVICVS TILMANNI
COCHEMENSIS.

*Anno à partu virginis MD. LXXXI.
XI. Octobris.*



COLONIAE AGRIPPINAE Oo
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

ORDINIS RATIO.

Disputationibus superioribus cum variè, abundè q̄, satis discussum sit, quomodo genus creditum, res q̄, translato dominio ex mutuo aut quasi mutuo, per certi alias q̄, conditiones repetantur, iusta ordinis methodo, quibus actionibus species eadem, quarum usus tantum non amisso dominio creditus est, repeti possint, annectitur: quo in genere, non inconuenienter primò, (cum benignius sit dare quam accipere) (a) occurrit commodati actio. (b)

(a) tex. in c. prædicator 16. q. 1. glos. in rub. ff. & C. h. t. (b) VVefenb. in parat. ff. h. t.

THESIS I.

Commodatum dictum est, quasi cum modo, id est, certa forma præscripto q̄, utendi modo (a) datum; Et quamuis in specie definitum in iure non reperitur, sic tamen defini potest, quod sit contractus iurigentium, (b) nominatus, (c) re cõstans, (d) bonafidei, (e) quo res gratuito, (f) ad aliquem usum certo modo determinatum, utenda datur, eo animo ut finito usu eadem (g) reddatur.

(a) VVefenb. in parat. ff. h. t. nu. 2. Azo in sua sum. nu. 3. C. h. t. (b) l. ex hoc iure §. ff. de iust. & iur. l. iurigentium 7. in prin. ff. de pact. §. sed ius quidè civile Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. (c) l. 1. §. item emptio vers. quod in his ff. de re permut. l. 1. §. ff. de pact. (d) VVef. in Isagog. lib. 3. num. 14. §. item is cui Inst. Quib. mod. re contrah. oblig. (e) l. sed mihi 3. §. in hac actione ff. h. t. §. actionum autem 28. Inst. de act. (f) l. si ut certo §. nunc videndum vers. commodatum autem l. in commodato 17. §. sicut, l. in rebus 18. in prin. vers. hæc ita, ff. h. t. d. §. item is cui. (g) gloss. in c. 1. Extra h. t. Host. ibid. nu. 1. Azo d. lo. VVef. d. lo. Mynf. in d. §. item is cui nu. 1. Old. class. 4. act. 15.

II.

Constituitur autem rei interuentione, (a) & voluntate ac consensu, (b) vnde qui iustum consensum adhibere nequeunt, nequaquam commodati iudicio adstringuntur, (c) nisi quatenus sunt facti (d) locupletiores.

(a) d. §. item is cui, tex. in l. obligamur 52. ff. de act. & oblig. Mozz. in suo tract. de contract. h. t. col. 3. num. 1. quare etiam re contrahi dicitur, d. l. obligamur §. 1. (b) l. 1. §. adeo ff. de pact. (c) l. 1. §. impuberes cum l. seq. ff. h. t. (d) tunc enim utili commodati conueniuntur l. 3. in princ. Cost. in d. §. impuberes h. t. VVef. in parat. nu. 3. ff. h. t.

III.

Dubium hinc oboritur, si contractus, principio deficiat ex aliquo defectu personæ contractantis, num conualescat si persona idonea efficiatur? Et non conualescere defendam.

l. quod initio 29. l. quæ ab initio 210. Vbi dec. ff. c. non firmatur. Extra de reg. iur. ibid. Dy. Cost. in l. 1. §. impuberes ff. h. t.

IIII.

Tametsi Labeo inter commodatum & utendum datum eatenus existimauerit interesse, quatenus inter genus & speciem, commodari enim rem mobilem, non etiam soli, utendum

dam dari etiam soli, (a) Vlp. tamen fecutus Cassium & Viuiianum rectè definit, (b) res rã
mobiles, quam soli, (c) sine corporales ea, (si tamen vsus ipsarũ in abusu non consistat) (d)
sine incorpales sint, (e) propria, (f) vel aliena, (g) commodato dari posse.

(a) l. 1. §. huius edicti ff. h. t. (b) d. §. huius edicti (c) Old. clas. 4. act. 15. in princ Host in sua
fam. nu. 3. Extra h. t. (d) ea enim commodari non possunt iuxta tex. in l. 3. §. si h. t. nisi ve
dicis gratia commodentur l. 4. h. t. vbi Costal. Corras. lib. 4. Miscell. cap. 8. Duar. in l. iuris
gentium 7. §. dolo ff. de pact. (e) d. l. 1. vbi Bart. Bald. Salicet. Cast. h. t. (f) text. in l. rei com
modata 8. h. t. (g) ita vt si fur vel prædo commodauerit habeat commodati actionem, l.
commodare 15. cum l. seq. ff. h. t. nam quale sit præstitum beneficium non qualis sit perso
na commodantis respicitur Oldend. clas. 4. act. 15.

V.

Ad formalem causam ex qua commodatum profluit, quod attinet, ea est, vt res gra
uitò nulla mercede accepta, vel constituta vtenda (a) detur, tum vt fiat ad aliquem spe
cialem vsum, (b) in tempore limitato tacitè, (c) vel expressè. (d)

(a) quoniam mercede interueniente locatus esse vsus rei videtur, §. item is cui Instit.
quib. mod. re contrah. oblig. VVesenb. in parat ff. h. t. vel etiam in aliam negotij formam
cadit. §. ff. Inst. Mand. Azo in sua sum. nu. 3. C. h. t. glos. in c. vnico. Extra h. t. Decius in l.
contractus 23. nu. 22. ff. de reg. iur. (b) l. in commodato 17. §. sicut Bart. in l. 1. §. 1. ff. h. t. idem
in l. 2. ad princ. nu. 4. ff. si cert. petat. Fab. Myns. Schneid in d. §. item is cui. Cost. in d. l. 1. in
princ. ff. h. t. (c) l. 2. C. h. t. ibi Cyn & Bald. Bart. in d. l. 2. nu. 4. d. l. in commodato §. sicut, n.
3. ibidem glos. arg. l. 3. §. qui ita stipulatur ff. de eo quod cer. lo. (d) Iason in §. sequens n. 20.
Inst. de act. Bart. d. loco. Couar. var. res. lib. 3. c. 15. nu. 7. Old. clas. 4. act. 15. in vers. quando &
quamdiu competant nu. 8. Moz in tract. de contr. h. t. col. 3. nu. 7.

VI.

Si autem ad certum vsum, & præfinitum tempus res commodata fuerit, an commodat
finito tempore, necdũ impleto vsu, rem possit à comodatario recipere quæri consuevit? (a)
Et quamuis vtriusque causa propemodum par esse videatur, nec sit quod alterutri impu
tari possit, ego tamen commodantem repetere posse verius existimo. (b)

(a) Bart. in l. in commodato 17. §. sicut nu. 6. ff. h. t. (b) Costal. in l. si vt certo 5. in princ.
h. t. Mozz. in d. tract. h. t. col. 7. nu. 6. Ias in §. sequens nu. 23. Inst. de act. Bald. in l. 3. C. h. tit.
Bart. in d. lo. per tex. in l. ex conducto 15. §. item cum quidam 6. ff. locati, l. item illa 18. in
princ. ff. de const. pecu. Sebast. Med. tract. de fort. cas. q. 10. Old. clas. 4. act. 15. Bart. d. lo.

VII.

Ceterum dua ex hoc contractu enascuntur actiones, commodati directã (a) & con
traria (b) ea ciuiles (c) sunt, personales, (d) perpetua, (e) bonæ fidei, (f) in heredem trã
sitoria, (g) & exercentur post diem in commodato expressum, (h) aut si nullus expressus
est, post vsum rei. (i)

(a) quæ quandoque utilis est l. 3. in princ. & §. si filiofamilias ff. h. t. Old. class. 4. act. 15. in
princ. l. 1. in princ. hic, (b) l. in commodato 17. §. sicut autem ff. h. t. (c) d. §. sicut autem, ap
probatione tamen prætoriarum sunt, d. l. 1. in princ. Azo in sua sum. nu. 29. C. Host. in sum. in
h. t. Extra h. t. (d) Mozz. in d. tract. h. t. col. 6. nu. 11. Azo. Host. Old. d. lo. (e) Inst. de perpet. &
temp. act. in prin. Azo d. lo. in fin. (f) l. 3. §. in hac actione h. t. vnde etiam certum est non
valere hanc pactionem ne dolus præstetur, l. in commodato 17. in princ. h. t. (g) d. l. 3. §. he
res l. in honorarijs 35. ff. de act. & oblig. d. l. 17. §. si ex facto, (h) d. l. 17. §. sicut, (i) Old. clas. 4.

VIII.

Directa commodanti, & suis heredibus, (a) aduersus commodatarium ad hoc conceditur, ut rem quam utendam concessit, eiusdem consequatur conditionis, cuius fuit, cum daretur, (b) & si forte eam damno affectam consecutus (c) fuerit, eadem actione interesse rei deteriorationis (d) repetat, In heredes autem commodatarij, pro parte hereditaria, (e) datur, nisi vnus heredum ex suo facto conueniatur, vel facultatem habeat totius rei restituenda, tunc enim in solidum (f) condemnabitur.

(a) Azo in sua sum. nu. 11. C. h. t. Old. clas. 4. act. 15. (b) Lag. in meth. iur. part. 4. cap. 35. n. 1 Mynf. & Kling. in §. item is cui Inst. Quib. mod. re contrah. oblig. (c) l. 3. §. si reddita h. t. vbi Bart. nu. 2. Bald. & Salicet. (d) l. 1. §. si res deposita 16. ff. de pos. d. l. 3. §. si reddita ibi Bart. & Costal. h. t. gloss. in l. & eleganter 7. §. non solum ff. de dol. Dyn. in l. huiusmodi 34. §. xdes 4. de leg. 1. ad ipsam tamen rem aget, Bart. in l. stipulationes non diuiduntur 72. nu. 33 per tex. in l. Iulianus 131. §. qui fundum ff. de verb. oblig. l. etiā 27. ff. de solut. & lib. (e) d. l. 3. §. hæres eius tex. in l. si tibi homo 86. §. si fundus de leg. 1. l. qui fundum 87. §. si tu ex parte 3. ff. Ad l. falcid. in l. pro hæreditarijs 2. C. de hæred. act. & in l. 1. C. si cert. pet. (f) quasi hoc boni iudicis officio conueniat tex. for. in d. §. hæres vbi Bart. Moz in suo tract. de contrar. h. t. col. 4. num. 4. Bart. in l. 4. §. Cato nu. 3. ff. de verb. oblig. fac. l. actione 55. §. si communis 14. ff. Pro socio. Contra tenent. Fulgos. in l. 5. §. si duobus vehiculum ff. h. t. Cyn. & Bald. in l. 2. C. de hæred. act. Aret. Socin. in d. §. Cato Alciat. ibidem nu. 65. cum seq. qui tamen nu. 71. in fin. Bart. opinionem in praxi defendi posse, rectè existimat.

IX.

Huius occasione anceps hic & intricata incidit quæstio, An si res commodata pluribus non restituatur contra vnumquemq, in solidum actio sit? (a) Ego Bart. distinctionem amplector, (b) aut primæua actio, (c) intenditur, & pro parte, (d) aut secundaria, (e) & tunc si rem interuenterunt diuiduam, pro parte & diuisim, (f) si indiuiduam in solidum conueniuntur. (g)

(a) l. si vt certo 5. §. si duobus vehiculum ff. h. t. (b) Bart. in d. §. si duobus vehiculum, (c) quæ ratione contractus ad rei restitutionem datur, (d) tex. in l. cum apparebit 47. ff. in l. si diuisa 13. C. locati in d. §. si duobus vehiculum vbi gloss. Bart. & Costal. & communiter Dd. fac. l. reos 11 §. cum in tabulis ff. de duob. re const. Bart. in l. 4. §. Cato nu. 6. ff. de verb. oblig. contra tenet Alciat. in d. §. Cato num. 53. (e) quæ ex dolo, culpa, aut negligentia oritur (f) l. si duo hæres 22. in prin. ff. de pos. (g) omnes qui dolū fecerunt l. 1. §. si apud duos 43. ibid. Paul. Cast. d. l. 22. vers. quod si lacerem ff. de pos. qui autem dolum non fecerunt non tenentur d. §. si apud duos ad fi. & d. §. si duobus vehiculum, vers. verū in vehiculo.

X.

Si contumax sit commodatarius in restitutione facienda contra eum in litem iuratur, (a) sicut in ceteris bonæ fidei iudicijs, & tunc rei iudicanda tempus, quanti res sit obseruatur, quamuis in stricti, litis contestata tempus spectetur. (b)

(a) l. 3. §. in hac ff. h. t. Bart. in l. commodare 15. num. 3. ff. h. t. Azo in sua sum. C. Host. in sum. Extra h. t. Bald. Sal. Cast. & alij in d. §. in hac Mozz. h. tit. col. 4. num. 6. VVesenb. in parat. num. 10. ff. h. t. Lag. in sua meth. iur. part. 4. cap. 35. nu. 5. Io. Plot. in solenni repet. l. si quando C. vnde vi num. 549. (b) tex. solennis & celebris factus per Bart. in d. l. 3. §. in hac tex. in l. vinum 22. ff. si cert. pet. in l. vlt. ff. de cond. trit.

Nunc

XI.

Nunc videndum est, quid veniat in commodati actione, vtrum dolus, an & culpa, an vero omne periculum, (a) & siquidem continet solam utilitatem eius cui commodatur, culpam & diligentiam omnem, custodiam quoque rei commodatæ diligentissimam, (b) si vero tam dantis quam recipientis utilitas vertitur, dolum & culpam, (c) at si dantis tantum gratiam concernit, solum dolum qui rogavit, (d) præstabit.

(a) l. si vt certo 5. §. nunc videndum ff. h. t. (b) l. i. §. is quoque cui ff. de act. & oblig. l. in rebus 18. in prin. ibid. Bart. Sal. Cast. & alij h. t. d. l. 5. §. nunc videndum 2. vers. commodatū autem c. vnico Extra h. t. §. item is cui Inst. Quib. mod. re contrah. oblig. communiter autem gratia commodatarij fieri cōsuevit, & in dubio eius rogatu factum esse præsumitur vt not. Bart. in d. l. 5. §. interdum 10. nu. 3. Ang. in d. §. item is cui Decius in l. contractus 23. nu. 24. ff. de reg. iur. (c) d. l. 18. in prin. vers. hæc ita Bart. in l. quod Nerua 32. num. 30. & 35. ff. de pos. l. si cum venderet 13. §. 1. & ibi glos. ff. de pig. act. (d) hinc apparet data paritate terminorum non esse differentiam inter commodatum & depositū Bart. in d. l. quod Nerua, de pos. Decius in d. l. contractus 23. num. 23. d. l. 5. §. interdum 10. Hanc distin. communiter Canonistæ trad. in d. c. vnico, Por. Ang. & Fab. in d. §. item is cui Mozz. in tract. de contract. h. t. col. de diuis. com. Ant. Gomez. var. resol. to. 2. cap. 7. nu. 3.

XII.

Vnde queri solet, an si à commodante custos rei adhibitus fuerit, commodatarius à custodia exoneretur? (a) Et si ab initio appositus fuerit, remissam, (b) si ex interuallo ad eum qui commodatum rogavit pertinere asseuero. (c)

(a) l. 5. §. si de me petijsses 14. h. t. (b) arg. l. si soluturus 39. ff. de solut. l. quarundam 51. ff. de acq. poss. l. si ego 9. §. si ff. de iur. dot. l. dominus horreorū 55. in prin. ff. loc. l. vlt. in prin. ff. Nan. caup. stab. Bart. in d. §. si de me petijsses nu. 1. Bald. in l. ex Diui 4. C. locati glos. in l. pen. ff. vsufr. quemad. cau. (c) tex. in d. l. 5. §. custodiam & §. si de me petijsses ibidem Bart. & Cost. Contra quod indistinctè per appositionem custodis videatur remissa custodia tenuit. Ioa. gloss. & quidam alij per text. in l. eum qui 10. in fin. & l. si mei causa 12. ff. h. t.

XIII.

Casum vero fortuitum, nisi eum nominatim in se receperit, (a) commodatarius, vel res ei æstimata data fuerit, (b) aut culpa eius ad casum ordinata (c) præcesserit, vel denique cum posset res commodatas salvas facere suas prætulit, (d) præstare non (e) tenetur.

(a) Bart. in l. sed et si quis 4. §. quæsitum est num. 3. ff. si quis caut. in iud. sist. text. & ibid. Bart. in l. i. C. h. t. l. iurisgentium 7. §. si paciscar 14. ff. de pact. l. item quæritur 13. §. si gemma ff. loc. l. negotium 22. C. Neg. gest. l. contractus 23. de reg. iur. cum simil. (b) l. 5. §. nunc videndum vers. & si fortè h. t. ex quo tex. glos. ibid. infert, quod in contractibus in quibus veniebat leuissima culpa, æstimatio rei posita inter partes operetur vt debitor teneatur, etiam de casu fortuito, in quibus tantum leuis, vt teneatur de leuissima, l. cum duobus 52. §. damna 3. ff. Pro socio ibid. communiter Dd. quod tamen accipe de contractibus, in quibus dominium non transfertur. Bart. in d. §. nunc videndum num. 4. & in l. i. §. fin. ff. de æsti. act. num. 3. quem ad hoc omnino vide Mozz. in tract. de cont. h. t. col. 2. num. 6. Old. clas. 4. act. 15. circa med. num. 7. Anton. Gomez. var. resol. to. 2. cap. 7. nu. 1. (c) l. quæ fortuitis 6. C. de pig. act. Fab. in §. item is cui num. 5. Inst. Quib. mod. re contrah. oblig. Cost. in l. si quis nec causam 4. ff. si cert. pet. (d) d. l. si vt certo 5. §. quod vero senectute 4. Old. d. loc. (e) d. l. i. C. h. t. d. l. quæ fortuitis, d. l. contractus Fab. d. loco.

Ex

XIV.

Ex quibus liquide constat, si in eam rem vsus fuerit re commodata, in quam accepit, nec vllaparte culpa sua deteriorem fecerit, eum nihil prestare, (a) An autem & amissionem, & casum probare alligetur? dubitati iuris est, Ego quoad primum affirmatiue (b) alterum, ex casuum qualitate colligendum (c) concludo.

(a) l. cum qui 10. l. si. h. t. Decius in l. contractus 23. n. 25. ff. de reg. iur. (b) praesertim cum iure actionis teneatur ad rei restitutionem l. si creditor 5. C. de pig. act. Bart. in l. si quis ex argentarijs 6. §. an nec haeredi 9. nu. 2. ff. de edendo. Io. And. in addit. ad Specul. in verb. vnico h. t. Old. class. 4. act. 15. (c) quidam enim casus absque culpa faciliter non eueniunt de quibus agitur in l. cum duobus 52. §. damna 3. ff. Pro soc. l. si vendita 11. de per. & com. rei vend. illos vt securus fiat commodatarius docere cogitur vt dd. ll. & l. si a bonae fidei 21. §. 1. de rei. vend. l. si. §. pen. ff. de cust. & exhib. re. l. si quis domum, 9. §. Imperator 4. ff. lo. Alij sunt qui inopinatio sic accidere solent vt resisti non possit, in quibus commodante non probante culpam, reus absoluitur, l. contractus 23. de reg. iur. l. si merces 25. §. culpa autem 4. loc. l. pen. in princ. sol. mat. arg. l. quoties 18. §. qui dolo ff. de probat. l. omnia quae 32. §. species 5. ff. de leg. 2. ita distinguit. Bart. in d. l. si quis ex argentarijs, §. an nec haeredi nu. 6. Old. clas. 4. act. 15.

XV.

Hoc loca etiam illud conuenienter queri potest; An commodatarius deperdita re commodata, consimilis rei oblatione, inuito etiam commodante rem suam vel aestimationem (a) petente, liberandus sit? (b) Ego negatiue sententiae tanquam veriori subscribo. (c)

(a) Bart. in l. cum seruus 15. num. 3. ff. de cond. ca. dat. ca. no. sec. l. in re furtiua 8. ff. de cond. furt. idem plenissima in l. stipulationes non diuiduntur 72. num. 33. ff. de verb. oblig. (b) Specul. in tit. de oblig. ex cert. cond. nu. vlt. (c) tex. in l. in commodato 17. §. si. h. t. in l. in re furtiua 8. in princ. ff. de cond. furt. in l. qui restituere 68. ff. de rei vend. gloss. in c. vnico in verb. de leuissima in fi. Extra h. t. in hanc etiam Spec. d. lo. inclinare videtur per text. in l. pen. de cond. trit. in l. i. in princ. de act. empt. Bart. in l. si eum seruum 23. num. 4. ff. si cert. pet. Mozz. in tract. de cont. h. t. col. 2. num. 8. Et hoc in omnibus obligationibus rem restitui, receptum esse, vt post interitum rei eius aestimatio debeat tradit, Bart. in d. l. stipulationes non diuiduntur 72. num. 33. in l. in interdicto 6. n. 1. in fi. ff. de vi & vi ar. And. Geill lib. sing. pig. obs. 18. num. 1.

XVI.

Contrario commodati iudicio commodatarius eiusque haeredes iuste experiuntur, si commodans intempestiue vsus rei commodata auferre, (a) enitatur, si rem commodatam (b) surripuerit, aut si sciens (c) vasa vitiosa commodauerit, in quibus vinum infusum vel oleum corruptum effusumve (d) sit, & denique si impensas maiores in re commodata factas, refundere (e) distulerit.

(a) l. in commodato 17. §. sicut autem ibid. Bart. in princ. h. t. Host. in sua sum. nu. 2. Extra, Azo in sum. nu. 25. C. V. Vesenb. in parat. nu. 11. ff. h. t. (b) d. §. sicut autem in fi. Azo d. lo. num. 26. Old. class. 4. act. 15. nu. 1. furti quoque actionem intentare poterit, si aliquas impensas in rem fecerit Host. in sum. num. 8. Extra h. t. interest enim eius potius per retentionem eas seruare, quam vltro commodati agere, tex. & ibi Bart. in l. si is qui rem commodasset 59. ff. de furt. (c) ignorans enim excusaretur propter ignorantiam, l. in rebus 18. §. possunt & §. item qui sciens l. pen. ff. h. t. quod tamen in alijs contractibus, indistincte non proce-

procedit, l. sed ad des 19. §. i. ff. loc. l. si seruus communis 61. §. quod si sciens 3. cum §. seq. ff. de furt. pulchrè Bart. in d. l. in rebus §. item qui (d) d. l. 18. §. si adiuuari quippè nos non decipi beneficio oportet, l. 17. §. sicut autem in ff. h. t. Dec. in l. in omnibus 14. num. 4. de reg. iur. (c) modica autem impendia vt cibariorum &c. naturali ratione ad eum pertinent, d. l. in rebus §. possunt.

XVII.

Quod autem contrario iudicio consequi potest, id etiam recto iudicio, quo cum eo agitur, potest saluum habere iure pensationis. (a)

(a) tex. & ibi gloss. Bart. & communiter Dd. in d. l. in rebus §. fin. h. t. l. si quis rem 20. ff. de acq. poss. Azo in sua sum. num. 28. C. Host. in sum. num. 8. Eztra V V esenb. in parat. ff. h. tit. num. II.

XVIII.

Sequitur vt dispiciamus de precario; Est autem precariū quod precibus petenti vtendum conceditur, tamdiu, quamdiu is qui concessit patitur, (a) Et distat à precaria, quā contractus est quidam vsusfructus personalis, vel temporalis præstatio, quæ conceditur ab Ecclesia homini, mortem eiusdem vel tempus in quo datio conuenit, nō transcendens: (b) à precariè, quia is vitam hominis egreditur & transit ad heredem & de quinquennio in quinquennium reuocatur. (c)

(a) l. I. in princ. ff. de prec. c. precarium, Extra h. t. vbi gloss. Couar. lib. 3. varia. ref. iur. cap. 15. in prin. (b) Host. in sua sum. n. I. Extra h. t. §. si vero aliquis Auth. de alie. & emphy. col. 9. ibi Bart. num. 1 (c) c. I. Extra h. t. Host. d. lo. Bart. in l. si finita 15. §. si de vectigalibus num. 10. ff. de dam. infect.

XIX.

Concedi potest precario vel inter presentes vel absentes veluti per epistolam vel per nuntium, (a) 1. vsus sine possessione, (b) 2. possessio naturalis, (c) 3. naturalis & civilis simul, (d) quibus posterioribus casibus is qui rogauit, interdicto vti possidetis, aduersus omnes præter eum quem rogauit vti, (e) potest.

(a) l. precario 9. ff. h. t. Azo in sua sum. num. 3. C. h. t. (b) l. certè 6. §. is qui ff. h. t. Host. in sua sum. num. 3. §. qualiter constituatur, Extra h. t. Old. class. 4. act. 16. Cuius lib. 9. obs. cap. 33. (c) l. & habet 15. §. cum qui h. t. ibid. gloss. Moz. in tract. de contra. tit. de commod. col. 3. num. 10. & 11. Dec. in l. contractus 23. nu. 12. ff. de reg. iur. Gomez. var. ref. to. 2. cap. 7. num. 1. (d) l. Pomponius 13. §. si is qui 7. vbi gloss. & Bart. nu. 1. & 2. ff. de acq. vel amitt. poss. Cōtra tenet Cuius. asseuerans nullam esse naturalem & ciuilem simul obs. lib. 9. cap. 33. (e) l. qui precario 17. ff. h. t. Azo d. tit. num. 4.

XX.

Ad certum verò determinatumq; vsus & tempus dari non solet, (a) vnde si conuenit, vt in Kalendas Iulias qui precario rogauit, possideat; nunquid exceptione adiuuandus sit, ne ante ei possessio auferatur questionis est? Et cum I. C. Celso nullam vim esse talis conuentionis assero (b)

(a) d. l. I. Host. in sum. nu. I. Extra de commod. Bart. in l. 2. ad prin. nu. 4. ff. si cert. pet. in i. in commodato 17. §. sicut nu. 2. ff. commod. Bald. in l. 2. C. commod. Panor. in c. vlt. col. vlt. de preca. V V es. in parat. nu. 4. h. t. (b) l. cum precario 12. ff. h. t. vbi Bart. idem in d. §. si. cut nu. 3. & 5. Jas. in §. sequens nu. 25. Inst. de act. Couar. lib. 3. var. ref. iur. cap. 15. nu. 1. Spec. tit.

tit. de actio. ver. item excipitur contra locatorem num. 60. lib. 1. idem in tit. de causi. poss. & proprie. §. 4. ver. actor ergo nu. 4. lib. 3. Moz. in tit. commod. col. 3. nu. 16. Ant. Gomel. var. resol. tom. 2. cap. 7.

XXI.

Si tamen concedens, illico sine causa reuocare precarium cum maximo illius damno cui concesserat, conetur, exceptionem doli ei obijci posse cū Abbate (a) defendere nō verebor.

(a) in c. fi. Extra h. t. Panor. ibid. col. vlt. Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. ff. h. t. Ias. in §. sequens nu. 26. Inst. de act. Alex. in l. si pœnam 68. ff. de verb. obli. arg. eius quod tradit Bart. in d. l. si pœnam. Car. Moli. de contract. quæst. 83. nu. 630. negant Barb. c. vlt. de preca. Dec. in l. contractus 23. nu. 9. ff. de reg. iur. Alciat. in l. 2. ff. si cert. pet. Cuiac. in parat. C. h. t.

XXII.

Morte concedentis precarium minimè finitur, (a) sed ad heredem eius qui cōcessit (b) transit, ad heredem autem eius qui precario rogauit, non (c) transit, quippe ipsi duntaxat, non etiam heredi concessa possessio (d) est.

(a) l. cum precario §. si. l. quæsitum est, §. quod à Titio, ff. h. t. glo. & communiter Dd. in c. vlt. Extra h. t. Paul. Cast. in l. Lucius 32. ff. de donat. Couar. var. res. lib. 3. cap. 15. Moz. in d. t. de commod. col. 3. n. 17. contrarium perperam existimant, Accurs. in d. §. quod à Titio Bart. in l. centesimis 46. §. si ita stipulatus fuero nu. 10. ff. de verb. oblig. (b) l. cum precario 12. §. 1. ff. h. t. Azo in sua sum. nu. 6. C. h. t. (c) l. cum hæres 11. ff. de diuersi. & temp. præscrip. Bart. conf. 96. vol. 1. nu. 3. glof. in c. vlt. in verb. soluitur, Extra h. t. (d) d. l. 12. §. 1. Bart. in §. emphyteusin nu. 4. Auth. de non alie. aut permut. reb. eccles. col. 2. Bart. d. conf. 96. nu. 3.

XXIII.

Porro cum nulla iure ciuili actio prodita sit, quæ precarium reuocare volenti competat, (a) merito interdictum à Pratore introductū est, (b) quo precario concedentibus, (c) eorumq; heredibus, (d) aduersus eos qui precario habent, (e) vel dolo habere desierunt, (f) heredesq; eorum, (g) ne suis diutius vtantur beneficijs, quam ijs tribuere velint, summa æquitate succurritur. (h)

(a) l. interdum 14. h. t. datur tamen & incerti conditio, id est, præscriptis verbis, l. 2. §. & naturalem, l. duo 19. §. si. ff. h. t. sed ea magis ex bona fide, id est, ex bono & æquo tacitoque negotio, quam ex negotio contracto oritur, d. l. 2. §. & naturaliter, Cuiac. lib. 4. obs. cap. 7 (b) l. 2. in prin. h. t. d. l. 14. (c) l. quæsitum est 8. in prin. vbi Barr. h. t. (d) Old. clas. 4. act. 16. d. l. quæsitum est, §. quod à Titio, (e) l. in rebus 4. §. tenetur h. t. (f) d. l. 8. §. cum quoque (g) l. cum precario 12. §. 1. h. t. (h) d. l. 2. in prin. l. & habet h. t.

XXIV.

Ex hoc interdicto restitui debet actor in pristina causam, quod si non fuerit factū, condemnatio in tantū fiet, quanti interfuit actoris ei rem restitui, ex eo tēpore, ex quo interdictum editum est, (a) Ergo & fructus ex die Interdicti editi præstabuntur. (b)

(a) tex. for. in l. quæsitum est 8. §. ex hoc interdicto ff. h. t. Azo in sua sum. nu. 11. C. h. t. Old. clas. 4. act. 16. (b) d. §. ex hoc interdicto l. in interdictis 3. ff. de interd. Host. in sum. nu. 3. §. contra quem detur Extra h. t.

XXV.

Venit autem in restitutionem solum dolus & culpa lata, planè post interdictum editū dolum, culpam, & omnem causam venire iuris est notissimi.

d. l. 8. §. & generaliter h. t. Ias. in §. sequens num. 18. Inst. de act. Fab. in §. item is cui nu. 2. Inst. Quib. mod. re contrah. oblig. Moz. in tit. de commod. col. 3. nu. 20.

153255

AB: 153255

(X2203998)

K





De legibus et constitutionibus Imperatorum Romanorum





THESES
DE
RE FEUDALITATE ET
DE PRECARIO
A, ET DE PRECARIO.
AUCTORIS
JOHANNIS MICHAELIS CRONENBURG, & D.
LICENT. DICTATORIS & FISCO, IN
COLLEGIO JURIDICAE FACULTATIS
PUBLICÈ DEFENDET.
AGRIPPINAE
MDCCLXXXI.
X I. OCTOBRI.
AGRIPPINAE
PUB. PETRVS KESCHIDT.
Oo



37

